



PHYSICÆ  
TRACTATUS VI.  
DE MIXTIONE,  
ET MIXTIS IMPERFECTIS.

LIBER PRIMVS,

*De Mixtione & Resolutione Physica.*

**A**NTEQVAM de singularibus mixtis disputationem instituam, nonnulla pro more, de mixtione in communi, vt vocant, præmittenda sunt, ne deinde cum de singulis agam, vel eadem, inuitus licet, repetere cogar, vel multas omittere affectiones quæ mixto in communi insunt: porro hunc librum aliter inscribere cogitaueram; cum enim mixtum ad sua principia, tum per genesis, tum per analysim, in eo reducarn, parum abfuit quin eundem de principiis mixtorum inscriberem; sed quantum hactenus fieri potuit, vsurpatas voces adhibeo, ne vel in ipsa dictione nouitatis argui possim, qui tamen quod ad res spectat, ex antiquis & Aristotelicis principiis omnia mea deduco, sed ad rem venio.

DEFINITIO